Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

·iij·

curauit ut solū eorum ciuitas non periret et ipsi
se pacientes ostenderent quid maius cogitari
potest a Rome filiorum pro quibus animalibus quasi
omnia se tradunt in mortem magna ergo pa-
ciencia ē in morte taliū non turbari Nam et
sapientissimus catho dū filij mortē audiuit
non plorauit nullas lamentabiles uoces de-
dit quod ex necessitate nature reddere tenebatur
Anaxagoras dum filiū mortuū esse sciuit absque
dolore ait sciebā me genuisse. Narrat plato
quod Empedoclem quendā philosophus amissis duobus
filijs coronatus in concione dixerunt xeno
fontes Socraticus cū sacrificans ydolis filium
in bello audiuisset occisum tamen de capite coronam
deposuit sed mox sibi eā reposuit cū fortiter
eum dimicasse audiuit. Pulullus Rex roma-
norum magnus capitoliū dedicans cū sibi nunci-
atum de filij morte esset iussit absente filium
sepeliri propter hec omnia ypocras anteq̄ doceret
discipulos adiurabat eos quod iurare cogebat
de silencio seruando de sermone modesto et ratione
de incessu plano et de habitu honesto et de
optimis moribus. Ad hec omnia exemplū accipe
Pueri innocentis qui uerberatus a matre et re-
pulsus ab ubere licet incipiat flere mox tamen re-
dit ad ubera reuocatus Vnde si accidat alij
ira non est perseuerandū in ea sed ad pacien
ciam recurrendū ē De Vicijs paciencie contrarijs ·lvij·

Vicia huic uirtuti contraria sunt plurima
Nam ex parte excessus est audacia que licet
ut fortitudo aggrediatur ardua tamen
habet secū temperanciā siue iusticiā uel prudenciam
nec discrecione debita assumit pericula Harum
enim uirtutum tanta connexio ē ut qui unā habet
et omnes habet et qui una caret omnibus caret Per
Vnde vix audax quod non prudenter accedit act